IOANNES DE OCZYESCHINO Regni Poloniae Cancellarius, Cracovien[sis] generalis, ac Oswieczimien[sis], Zathorien[sis], Schambovien[sis], olsthinen[sis]que Capitaneus, et terrae Crac[oviensis] Succamerarius, Significamus praesentibus
literis nostris quorum interest universis et singulis, quae sunt acta in loco campestri granicialj inter villas et hereditates Parkossowicze, Sczepanowicze, et Orlow R[everen]di Joannis Praep[osi]ti totiusque Conventus Monasterii Michovien[sis]
ex una et sortis in Slawicze, Gen[er]osi Joannis Staszkowski, ac etiam ipsius Praep[osi]ti et Conventus sui Michovien[sis] ex altera partibus, et hoc feria tertia post festum Ascensionis domini proxima, Anno eiusdem domini Millesimo quin-
gentesimo sexagesimo sexto. Coram Gen[er]oso Francisco Mirossowski in Mirossow herede Camerario granicialj, ad faciendum granicies infrascriptas, specialiter subdelegato, Praesentibus ibidem Magnificis, Gen[er]osis, ac Nobilibus Valentino Dem-
binski de Piotrkowicze Castellano Sandecien[si], Regni Poloniae Thezaurario, et Capitaneo Chenczinen[si], Joanne Kmitha de Wolia Notario terrestri ac Vicecapitaneo Cracovien[si], Paulo Ossowski Notario terrae Sandomirien[sis], Joanne Bartholomeo
Jakubowski de Wadow, Marco Minoczki de Minoga, Calixtio Ulinski de Ulina, et aliis quamplurimis fidedignis circa praemissa existentibus. Factae sunt granicies seu limites inter villas et heredites, Parkossowicze, Sze-
panowicze et Orlow, R[everen]di Joannis Praep[osi]ti totiusque Conventus Monasterii Michovien[sis] ex una, et sortis in Slawicze Gen[er]osi Joannis Staszkowski, ac etiam ipsius Praep[osi]ti et Conventus sui Michovien[sis] ex altera partibus, per Gen[er]osum Franciscum Miro-
ssowski de Mirossow Camerarium granicialem ad faciendum granicies infrascript[as] per literas patent[es] Magnifici domini Succamerarii terrae Crac[oviensis] specialiter deputatum seu subdelegatum quarum literarum subdelegationis tenor sequitur et est talis.
IOANNES DE OCZIESCHINO Regni Poloniae Cancellarius, Cracovien[sis] generalis ac Oswiaczimien[sis], Zathorien[sis], Schambovien[sis], olsthinen[sis]que Capitaneus, et terrae Crac[oviensis] Succamerarius, Significo praesentibus universis et sin-
gulis quorum interest. Quod cum in praesentia propter egram valetudinem qua hoc tempore affectus est, Gen[er]osus dominus Martianus Chelmski vexillifer et Camerarius meus districtus terrae Crac[oviensis] limitibus bono-
rum et hereditatum villarum Parkossowicze, et Sczepanowicze, R[everen]di domini Joannis Praep[osi]ti Monasterii Michovien[sis] ipsiusque Conventus ex una, et Polaniecze Slawiczeque Gen[er]osi domini Joannis Stha[s]zkowski ex altera
partibus praesens ipse adesse non potest, volens per me stare, quominus ius partium debitum suum sortiatur effectum, quod hoc tempore legittimum mei districtus Crac[oviensis] Camerarii commemorati fieri non potest absentia, in locum eius
dem domini Martiani Chelmski ad praesens et ad eosdem limites duntaxat absoluendos Gen[er]osum Franciscum Mirossowski de Mirossow substituendum surrogandumque esse duxi, prout substituo et surrogo per praesentes meas literas
Dans ipsi plenam et non limitatam potestatem omnia et singula de iure et consuetudine circa actum limitum observari et exequi solita, vel aliqui prout omnia iure communi tradita sunt, in his quoque suprascript[is] limitibus duntaxat officia
Succamerarii terrestris Crac[oviensis] obeundi, regendi, gubernandi, administrandi ac alia necessaria debitae executioni demandandi prout camerarius per se vel per literam mea Camerarium praefatum facerem obirem et administrare, vel facere obire ad-
ministrareque deberem. In cuius rei testimonium Sigillum meum praesentibus est appensum Cracoviae undecima Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo sexagesimo Secundo, Idem qui supra manu sua. QUAE quidem
partes suprascriptae licet fuerant de iudicio terrestri Xiaznen[si] ex decreto iudicii profaciendo granicibus praefatis, ad officium Succamerale remisse ac in termino certo campestri ex vi citationis lit[er]alis campestris cora[m]
officio domini Succamerarii pronuncien[do] per decretum officii actoratus occasione earundem granicierum praefato Joanni Sthaszkowski erat adiudicatus tandemque terminus eiusdem iuramenti et factionis granicierum inter
easdem partes, huiusque erat iuridice continuatus. In termino itaque hodierno ex vi decreti praedicti ac limitacionum et prorogacionum terminorum eadem, et proueniendo partes suprascriptae volentes imposterum mutuam ami-
ciciam et benevolentiam inter se conservare, ac evadendo quibusvis ulteriores strepitus iuris ac iuramenta per medium amicorum certorum suprascriptorum concordia, occasione granicierum praefatarum inierunt et ex mutuo
ipsarum partium consensu et adinvencione amicorum utrimque suorum videlicet praefatus R[everen]dus Joannes Praepositus per se, et Religiosi Stanislaus Plebanus in Wroczirisz, ac Nicolaus plebanus in Chodow, et Petrus Ple-
banus in Unieiow fratres eiusdem Conventus nomine totius Conventus praefati Michovien[sis] habentes sufficiens ad id mandatum a toto Capitulo totius Conventus Michovien[sis]. Et praefatus etiam Joannes Sthaszkow-
ski personaliter per praefatum Camerarium subdelegatum easdem granicies erigi et sipari unanimiter petierunt. Et primis itaque post proclamationem per Ministerialem terrestrem Blasium Pierszchala
de Siedliska, de mandato officii factam, ut si quis sit qui inceptioni praefatarum granicierum contradiceret, Cumque nemo contradixit, inceptae sunt sipari et erigi granicies inter hereditates praefatas Incipi-
endo ab eo loco seu scopulis in campis, seu inter agros hereditatum praefatarum Parkossowicze ex una et Slawicze ex altera. Ubi antea granicies inter hereditates suprascriptas inceptae steterant indeterminatae
Sipatusque et erectus est primus scopulus acialis ex opposito villae Parkossowicze divertendo modicum a scopulis praedictis antiquis ultimis ubi steterant prius indeterminat[ae], quasi ad manum dextram in monticulo quo-
dam, alias na Osthrowiu, inter agros hereditatum praefatarum. A quo tandem scopulo descendendo de monte praedicto, eundoque recto tramite versus meridiem sipati et erecti sunt scopuli quor[um] paritales usque ad eundem, inter agros
hereditatum praefatarum usque perventum est ad Laya seu silvam quae vocatur Borzeczinyecz, Ubi tandem divertendo ad manum sinistram versus orientem eundo inter Layum et agros sipati et erecti sunt de terra sco-
puli paritales per longitudinem quinque citra vel ultra stadiorum tendendo usque perventum est ex opposito cuiusdam alvei alias Padol dicti Borzeczki dol, quo tempore exuberacionis pluviarum aqua
de monte ex Layis praefatis decurrere solet. Quo alveo ascendendo versus montem per Layum dictum Borzeczinyecz sipati et erecti sunt scopuli septem usque in montem ascendendo. Tandemque exeundo de
eodem alveo, eundo recto tramite per Layum versus meridiem, sipati et erecti sunt scopuli, per montem, usque perventum est ad similem alterum alveum qui vocatur Glinyecze ex alia parte eiusmodi
montis exiguum habentem ac versus meridiem se protrahentem, quo alveo similiter eundo versus meridiem sipati et erecti sunt scopuli per Layum usque dum perventum est prope campos et a-
gros hereditatis villae Sczepanowicze praefati Praepositi et Conventus sui quos campos per longitudinem unius stadii, citra vel ultra non attingendo, divertendoque ad manum sinistram versus orientem sy-
malem sipati et erecti sunt scopuli per rubeta partem eorundem rubetorum, quasi per longitudinem unius alicubi etiam minus stadii ad hereditatem Orlow relinquendo usque perventum est ad
alterum similem alveum de eisdem Layis se protrahentem Quem alveum pertranseundo, sipati et erecti sunt scopuli eundo per rubeta multirovacinea alias Brzozowe usque perventum est ad eum locum
ubi agri hereditatum praefatarum Slawicze ex una et Orlow ex altera partibus invicem concurrunt. Tandem eundo inter agros hereditatum praefatarum, sipati et erecti sunt scopuli antiquo
limite inter eosdem agros, oblique hinc et inde divertendo usque ad parietem villae et hereditatis Wezerow Spectabilis et Magnifici Spithkonis Jordan de Zaklieczin et in Melsthin hered[is] Pal-
latini Cracovie, ubi penes parietem praefatae villae Wezerow, sipati sunt ultimi duo scopuli aciales dividentes hereditates praefatas ita videlicet Quod quicquid est situatum incipiendo ab inceptione
earundem granicierum, eundoque usque ad determinationem earundem ad manum dextram hoc pertinere debet ad hereditates praefatas Parkossowicze, Sczepanowicze, et Orlow, ipsius
Praepositi et totius sui Conventus Monasterii Michovien[sis]. Quicquid vero est situatum ad manum sinistram incipiendo ab inceptione earundem granicierum usque ad determinacionem id debet ptinere,
ad heredem Slawicze sort[is] p[rae]fat[i] Jo[ann]is Staszkowski, nil tu[m] p[rae]iudicans sorti ip[si]us Praep[osi]ti Michovien[sis] eiusque Conv[en]tus in eis[dem] bonis Slawicze habitae. Hoc seorsive et specialiter adiecto quod subditi earundem partium in eisdem silvis
atque Layis debent mutuis pascuis ex utraque parte utifrui tamen damno praedictae silvae et Layorum suprasspecificatorum. Circa quos duos scopulos aciales Ministerialis terrestris praefatus
Blasius Pierszchala, de mandato officii praefati clamavit, Si quis sit qui praefatis granicibus contradiceret et nemo contradixit. Quas quidem granicies sic ut praemissum est de consensu et
mutua recognicione partium suprascriptarum factas praefatus Camerarius subdelegatus auctoritate domini Succamerarii et subdelegacionis suae suprainsertae decrevit habere et obtinere
robur perpetuae firmitatis. In cuius rei fidem et evidens testimonium Sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Actum et datum ut supra videlicet Feria tertia post festum Ascensio-
nis domini proxima. Anno eiusdem domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Secundo,

Bartholomeus Lissowsky
Notarius Campestris [illegible]

Granicies super Sczepanowicze, Parkoszowicze, et Orlow cum Slawicze

1562. Fer. 3 post Dominicae ascensionis Dni.

Ex Scatula Sexta

Sub Numero 147

[illegible]

15.

121